Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ille dixit eis. Sedete hic. Et egressus ibat secundum consuetudinem
in montem oliuarum. Et cum peruenisset ad locum dixit illis. Ora
te ne intretis in temptationem. Et ipse recessit a eis quantum iactus
est lapidis et positis genibus orabat dicens. Pater si uis transfer
calicem istum a me. Verumtamen non mea uoluntas sed tua fiat.
Apparuit autem illi angelus de celo confortans eum. Et factus est in
agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut gutte
sanguinis decurrentes in terram. Et cum surrexisset a ora
tione et uenisset ad discipulos suos inuenit eos dormientes p
tristitiam et ait illis. Quid dormitis? Surgite orate ne in
tretis in temptationem. Adhuc eo loquente ecce turba et qui uoca
bat iudas unus de duodecim ante ibat eos et appropinqua
uit iesu ut oscularetur eum. Iesus autem dixit ei. Iuda osculo filium
hominis tradis? Videntes autem hi qui circa ipsum erant quod futurum
erat dixerunt ei. Domine si percutimus in gladio? Et percussit unus
ex illis seruum principis sacerdotum et amputauit auriculam eius dex
tram. Respondens autem iesus ait. Sinite usque huc. Et cum tetigisset
auriculam eius sanauit eum. Dixit autem iesus ad eos qui uenerant
ad se principes sacerdotum et magistratus templi et seniores. Quasi
ad latronem existis cum gladis et fustibus? Cum quotidie uobiscum fuerim
in templo non extendistis manus in me. Sed hec est hora uestra et po
testas tenebrarum. Comprehendentes autem eum duxerunt ad domum
principis sacerdotum. Petrus uero sequebatur alonge. Accensis autem ig
nem in medio atrio et cum sedentibus illis erat petrus in medio eorum.
Quem cum uidisset ancilla quedam sedentem ad lumen et cum fuisset intuita
dixit. Et hic cum illo erat. At ille negauit eum dicens. Mulier non
noui illum. Et post paululum alius uidens eum dixit. Et tu de illis
es. Petrus uero ait. O homo non sum. Et post uno facto quasi hore
unam alius quidam affirmabat dicens. Vere et hic cum illo erat. Na
m galileus est. Et ait petrus. Homo nescio quid dicis. Et continu
o adhuc illo loquente gallus cantauit et conuersus dns respe